





XXXIII, 7a

~~47~~

13/

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIS PUBLICI ET FEUDALIS.

DE

NATURA VASALLAGII
&

SUBJECTIONIS

in

TERRITORIIS S. R. IMPERII.

Quam

PERMISSU MAGNIFICI ORDINIS JURIDICI,

PRO JURIBUS DOCTORALIBUS ASSEQUENDIS.

in

ACADEMIA VIADRINA,

D. XVII. Septembr. Ann. cl^o 1800 xxxiii.

Horis Ante - & Pomeridianis,

IN AUDITORIO ICTORUM

Examini Eruditorum subjecit

CAJUS RUDOLPHUS de SPOR,

Eques Lusatus.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Literis JOHANNIS CHRISTOPHORI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

29

DISERTATIO INAUGURALIS
JURIS PUBLICI ET FEUDALIS
DE
MATERIA VASALLAGII
ET
SUBJECTIONIS
IN
TERRITORIIS R. IMPERII
MAGISTRI MAGNIFICI ORDINIS JURIDICI
R. JOSEPHI AUSTRIACAE
IN
ACADEMIA VIADRINA
D. JOH. SEIBERLII A. M. C. D. C. C. L. X. X. X.
HABITantis in Pomerania
IN AUDITORIO ICTORUM
D. JOH. SEIBERLII A. M. C. D. C. C. L. X. X. X.
CAESARIS RUDOLPHUS DE SPOR.
PRINCEPS ELECTORIS
IN PRAESENTIA
R. JOSEPHI AUSTRIACAE

ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DOMINO JACOBO HENRICO,
S. R. I. COMITI DE FLEMMING,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
POLONIARUM REGIS, ET SAXONIÆ
ELECTORIS &c.

IN MAGNO DUCATU LITTHUANIÆ, PRIMO STABULI
PRÆFECTO, COPIARUM REGNI POLONIÆ, AD MOREM
GERMANORUM INSTRUCTARUM, PRIMARIO
DUCTORI;

EXERCITUS SAXONICI ELECTORALIS CAMPI-MARESCHALLO,
CONSULTATIONUM SECRETIORIS CONCLAVIS MINISTRO
DIRECTORI, ET CONSILII BELLICI PRÆSIDI;
UNIUS VEXILLI EQVITUM HASTATORUM IN POLONIA
CENTURIONI, DUARUM ITEM LEGIONUM PRÆTORIANORUM
POLONICÆ NATIONIS, NEC NON UNIUS ALÆ EIUS-
DEM NATIONIS EQVITUM, QVOS DRAGONES
VOCANT COLONELLO;

IN DUCATU POMERANIÆ ULTERIORIS, ET PRINCIPATU
CAMMINENSI, MARESCHALLO HEREDITARIO,
ET DOMINO CASTRENSI IN MARTENTIN ET BOECK;
ORDINIS MELITENSIS DESIGNATO COMMENDATORI IN
LOGOVIA ET SUPBLINGEBURGO; SIMULQUE ORDINUM
AQUILÆ ALBÆ, ELEPHANTINI, ET S. ANDRÆ
EQUITI; &c.

DYNASTÆ IN LEUTHEN, SUPERIORE AC INTERIORE SCHWERTA,
BERCKERSDORFF, VOLCKERSDORFF, & WENDELSTEIN, &c.

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO.

ILMASTISSIMO & EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DOMINO JACOBO HENRICO
S. SACRAMENTARII
PONTIFICISSIMO AC POTENTISSIMO
POLONIARUM REGIS ET SAXONIAE
LECTORIS &
MAGNIFICENTISSIMO ET ILLUSTRISIMO PRIMO STABULO
SACRATO COMITUM RENOI ROMAE AD MORIS
GERMANICARUM INSTITUTIONUM PRIMARIO
DOCTORE
RECTORIS REGNI ET ALII CAMP. MARECHALLO
CONCILIARUM SACRATORUM CONCLAVI PRINCIPALI
DIRECTORI ET CONSUM. BELLI PRINCIPALI
RUY VEXILLI BOVUM HASTATORUM IN POLONIA
IN LUODOVICUM ITEM REGIONUM & SORIANORUM
SACRATORUM & NON UNUS ALI. IUS
SACRATORUM ET ALI. IUS
DEI ET ALI. IUS
DECANO COMITUM SACRATORUM ET PRINCIPALI
SACRATORUM MARIS & ALI. IUS SACRATORUM
ET ALI. IUS SACRATORUM IN SACRATORUM ET ALI. IUS
COMITI SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM IN
SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM
SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM
SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM
SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM SACRATORUM
DOMINO SUO GRATISSIMO

*Illustrissime ac Excellentissime
Comes,*

Indulgentissime Domine!

DEnuo in TUUM, ILLU-
STRISIME COMES,
conspectum prodire au-
deo. Tenue est quod offero; Nam
& majora offerre, virium tenuitas
haud permittit. Ita me TUA, IN-
DUL-

) 2

DUL-

DULGENTISSIME DOMINE
benignitas, qua primas quas **TIBI**
humillima mente dicare aufus sum,
plagellas, recipere dignatus es, fe-
cit audacem, ut non timeam, **TE**
publico devotionis ac pietatis te-
stimonio iterum compellare, &
submissa testari mente, quantum
me **TUÆ** gratiæ certum facere la-
borem; Cum **TIBI** consecratos
velim, quos suscipio conatus. Illos
sub **TUIS, ILLUSTRISSIME CO-**
MES, auspiciis in publicum pro-
ducere, summæ mihi gloriæ atqve
honoris duco; Licet alii forte ma-
gnæ arrogantiaë esse existimabunt.
Vereretur & ego, me temeritatis no-
tam incursum esse, nisi cognita
mihi

mihi satis atq; perspecta esset, TUA
prorsus singularis humanitas, qua
eorum vota & desideria benigne
excipis, qui TIBI suam solertiam at-
que placendi studium probant. Et
licet hæc omnia infra TUAM, IN-
DULGENTISSIME DOMINE,
dignitatem sint posita, TEque gra-
vissima ac summa occupent nego-
tia, non tamen desistis, omnium fo-
vere gratia TVA conatus, eos im-
primis, qui ad litterarum culturam
se convertunt, quoties TUA pro-
tectione ac benignitate frui optant.
Patiaris igitur exoro, ILLUSTRIS-
SIME COMES, ut ego quoque in-
ter eos inveniar, qui ad TUÆ gra-
tiæ excelsum præsidium, quo bo-

5107

) 3

nas



nas litteras omni tempore dignas
habuisti, confugiam. Multæ me
non tam moverunt, quam impule-
runt rationes, ut publico hoc te-
starer specimine, quantum humeri
mei ferre possent, quantum ferre
recusent, ut illis satisfacerem, qui id
a me exigere posse sibi videbantur.
Insolitum quidem & peregrinum
id quod egi, esse, multi sibi persua-
dent: Sed TUÆ INDULGENTIS-
SIME DOMINE submitto senten-
tiæ; cum, quo favore & gratia omni-
um litterarum ac scientiarum ge-
nera amplectaris, pervulgatissi-
mum sit: Et licet nihil in me inve-
niam, quod eandem erga mea qua-
liacunq; studia provocare & expe-
tere

tere queat; non tamen dubito
ILLUSTRISSIME COMES,
TUAM GRATIAM omnibus
ambire viribus, & pro summa
felicitate agnoscere, si vel ulti-
mum inter TUOS Clientes, oc-
cupare mihi licuerit locum. DE-
UM veneror, ut REGI, PAT-
RIÆ, REIPUBLICÆ, TE in
omnium felicitatum affluentia,
diu superstitem & sospitem ser-
vet, quo bonum illud publicum,
cui non modo natus esse videris,
sed cui TE totum dedisti, ut
omnium applausu & stupore ha-
ctenus fecisti, imposterum diu-
tissime promovere queas: Mihi
vero

vero indulge, ut omni cum ani-
mi observantia ac pietate perma-
neam,

**ILLUSTRISSIMÆ TUÆ
EXCELLENTIÆ,
INDULGENTISSIME DOMINE,**

devotissimus Cliens
Cajus Rudolphus de Spor.

Sum-

SUMMARIA.

§. I.

Vasallagii Definitio. Etymologia. Homonomia.

- (a) *Vasallagii natura; Origo juramenti Fidelitatis, ejusque Obligatio.*
- (b) *Vassaticum unde dicatur, & Vassaticum.*

§. II.

Homagii Definitio & Etymologia, nec non Fidelitatis, & germanica vocis HULDE.

Not. De juramenti Fidelitatis & Homagii differentiis.

§. III.

Usus Etymologia in his questionibus. Vasalli praestiterunt juramentum Fidelitatis. Ex juramento Fidelitatis oritur praesumptio Subjectionis.

Not. Ex Vasallagio oriri praesumptionem Subjectionis.

§. IV.

Vasallorum alia olim, alia hodie connexio. Novitas hujus vocis. Vasallorum autoritas crescit. Divisio in Mediatos & Immediatos.

- (a) *Varia forma juramentorum Fidelitatis.*
- (b) *Juris Feudalis Longobardici doctrina, de juramenti Fidelitatis.*
- (c) *Reliquia Vasallagii in hodiernis juramentis.*
- (d) *Vasallagii Statuum Imperii an Subjectionem involvant.*

§. V.

Juramenta fidelitatis, immediatis Dominis territorialibus praestita, praebent Subjectionis praesumptionem.

- (a) *Generalis per Germaniam consuetudo, circa juramenta Fidelitatis.*
- (b) *Effectus Vasallagii, in quibusdam territoriis, imprimis Saxoniciis.*

§. VI.

Differentia inter Vasallum & Subditum non omnis aufertur. Non omnem Subditum esse Vasallum.

- (a) *De illis differentiis remissive.*
- (b) *Quidam Vasalli non potuerunt esse Subditi.*
- (c) *In feudis oblati laxior nexus, inter Vasallum & Subditum.*
- (d) *Differentia in legibus Imperii observata.*
- (e) *Varia Subditorum genera.*

§. VII.

§. VII.

Fundamentam subjectionis Vasallitica. Diversa Vasallorum in Imperio conditio. Divisio territoriorum in clausa & non clausa. Abusus Juris Feudalis Longobardici, in his quaestionibus. Vasalli prerogativa pra Subdito.

- (a) Divisio territoriorum in mediata & immediata. Origine divisionis in territoria clausa & non clausa. Definitio horum territoriorum. Varia in Imperio de his controversa.
(b) Vasalli olim milites dicti: Militia ex Nobilitate collecta.

§. VIII.

De Subjectione in S. R. I. Definitio Subjectionis. De Subjectione mediata differitur.

Not. Hac ex ipsis legibus Imperii eruitur.

§. IX.

Gradus Subjectionis in Imperio: Ejusdem variae divisiones.

- (a) Natura Subjectionis.
(b) De Subjectione plena & minus-plena.
(c) De mediata & immediata.
(d) De temporaria & perpetua.
(e) De personali & reali.
(f) Liberiori & adstrictiore.
(g) Propria & impropria.

§. X.

Effectus Subjectionis. Divisio Subditorum.

- (a) Definitio Subditi,
(b) Diversa Subditorum Qualitates.
(c) Quid in Subditis dicatur persona publica.
(d) Personarum jura ex consuetudinibus Germanicis adjudicanda.

§. XI.

Subjectionis territorialis nexus cum Imperio.

- (a) Protectio Imperatoris quomodo intelligenda.
(b) Jura Statuum Imperii confirmantur in legibus Imperii.

§. XII.


Fundamentum Subjectionis. Illius signa. Differentia a protectione.

- (a) De juramentis protectionis.
(b) De subjectione, in qua neque Vasallagium neque Homagium occurrit.


§. XIII.

Conclusio Dissertationis.

DE



DE NATURA VASALLAGII
ATQVE SUBJECTIONIS IN TERRI-
TORIIS S. R. I.



Non ultimum inter Controversias Juris Publici & Feudalis locum occupat questio, quænam sit Vasallagii vis & obligatio, & quousque se extendat? Id quidem experientia satis docuit, ad illam questionem cum discrimine respondendum esse, cum non una eademque istius jurisjurandi natura semper deprehendatur, eaque potius ex morum ac consuetudinum imperio estimanda videatur. Hæc est causa, cur tanta observetur in hac Controversia sententiarum diversitas. Notum est, plurima Juris

A 2

Pu-

Publici & Feudalis capita dependere ab observantia: Illa vero pro rerum, Regionum, circumstantiarum varietate diversas induere solet formas, quas probe attendamus oportet, nisi in ingratam ac difficilem incidere velimus confusionem. Opera igitur pretium esse credidi, doctrinam illam de Vasallagio atq; Subjectione sub examen vocare: Nam ab illis principiis multa Conclusiones summi praejudicii peti possunt in causis quas ferè quotidie in Imperio, summisq; Tribunalibus agitari, observamus. Equidem haud institutum tulit, ut ad specialia progressus fieri potuerit; cum mihi in generalibus haerere, consultum fuerit visum. Alio tempore majori cum apparatu explicabo atque proponam, qua hoc loco modo delineata fuerunt. Jus sit institutum praesens, ut exercitationem Academicam conscriberem, intra cujus terminos subsistendum erat. Dignius argumentum eligere, aut conquirere me non posse, visum mihi est, quapropter circa illustrem ac multis dubiis vexatam illam doctrinam, meas qualescumq; meditationes brevissime exponam.

§. I.

VASALLAGIUM est jusjurandum, quo Vasallus Dominum Feudi directum, de sua fidelitate certum reddit.

VOX recentiori ævo nata, Juri Feudali ignota, & ni fallimur, ex vocabulis VASALLUS & LIGIUM, (a) verbo medii ævi scriptoribus familiari, conflata. Olim VASSATICUM (b) frequentius autem HOMAGIUM appellatum, observamus; qua tamen voce, hodierno die aliud prorsus negotium, Vasallagio certo quidem respectu affine, denotari solet. Germanis non ineleganter dicitur *Lehen-Pflicht*, olim generali voce *Hulde* insigniebatur, a qua nostris moribus, regulariter distingui solet, supposito termino, *der Lehens-Huldigung*.

(a) Non memini vocem VASALLAGII, in Libris CONSUETUDINUM FEUDALIUM occurrere. Invenitur tamen in CONSTITUT. SICULIS Lib. II. tit. 36. verbis: *Quæ omnia in militibus & Baronibus, de Vasallagio conventis, volumus observari.* Conf. Lib. 3. tit. 3. & 10. apud

LNDENBROGIUM pag. 780. Eadem PETRUM DE VINEIS Ep. 6. cap. 9. usum fuisse docet FRANC. HOTTMANNUS, de Verbis feudilibus. Res quidem ipsa, non fuit ignota Juris Feudalis Compilatoribus, quod patet ex II. Feud. 5. & 7. pr., nec non II. Feud. 26. c. 4. §. 3. in quibus locis illud ipsum juramentum, FIDELITAS improprie dicitur II. Feud. 6. §. 1. Investitura revocata, & fidelitate subsicura &c. DUCANGE in Glossario provocat ad Chartam anni 1274. in qua eadem vox legitur. Origo non videtur longius esse accersenda: Mihi quidem a VASALLO & voce LIGIUS descendere persuasum. De etymo Vasalli, infinita pene Doctorum disputationes, quas hic silentio praterendas censemus. Varia quoque de vocis LIGIUS origine sententia. Mihi a Ligare efficta creditur. Hinc LIGIUM, Ligeitas, Ligatio, Ligeia, Ligantia, & Gallis usitatissimum verbum Lige, de quo prolixè agit FRANCISCUS RAGUEAU, in Glossario Juris Gallici Tom. II. pag. 56. Ex quo fuit esse quasi vinculum aliquod, quo Vasallus Domino obstringitur. Quid enim menti humanae, majorem fidei observantiam imprimere potest, quam Sacramenti, sive jurisjurandi religio. Ultimum id est in societate civili medium, quo pronam ad fallendum & decipiendum mortalium voluntatem, supremi Numinis reverentia, sui officii memorem aliquando reddere possumus. Hinc apud omnes pene gentes, in corroboranda fidei ac obedientiae promissione frequens & antiquus juramentorum fuit usus. Obligatur quidem Vasallus, ex beneficio Domini, imo ex Contractu cum Seniore suo inito, ut nullo modo promissioni suae, durante nexu feudali, contravenire debeat. Satis eum devinciunt & constringunt naturales leges, quas nemo negliget, qui honesti viri nomen tueri voluerit: Ast multis ea gloria homine digna, parum cordi esse videtur; multi nimium suis confidunt artibus ver-

verfutis, quibus alios circumvenire, non erubescunt
 Cum igitur hominis malitiam, non semper praevidere
 queat, etiam prudentissimus, religionis quasi vincu-
 lo nexos tenere consultum est, de quorum fide ac
 obsequio tuti & securi esse debemus. Hæc applicari
 poterunt ad Vasalli erga Dominum obligationem,
 quam gentium mores, jurejurando confirmari iusserunt,
 ita quidem, ut nondum præstito juramento, Vasal-
 lum pleno suo jure frui, haud permittant. II. Feud. 16.
 JUS FEUD. SAX. c. 4. & JUS FEUD. ALEMANN. c. 6.
 alle die vvyllē / das der Mann sine Herren nitt hett
 zulde geton / so mag er niemans gezunge sin. &c.

- (b) VASSATICUM olim pro ipsa jurata Vasalli stipula-
 tione accipiebatur. Inde locutiones: *Se commendare in
 Vassatico, se tradere manibus Domini in Vassatico &c.* v. AP-
 PEND. AIMONII Lib. 4. cap. 64. In Supplemento
 Chronicorum REGINON. dicitur VASSALITIUM.
 Veteres dixerunt VASSALATICUM, v. CAPITULARE
 R. PIPINI c. 5. ex qua voce, si prior non arrideat de-
 rivatio, Vasallagii vocabulum natum esse, forte defen-
 di posset; quamvis Vasallatici vox, antiquissimis tem-
 poribus in laxiori quodam sensu, ac solius juramenti
 fidelitatis significatu venisse, mihi videatur, contra
 DUCANGIUM, qui in Glossario sub illa voce, Vassa-
 laticum, fidei feudalis sacramentum denotari existimat.
 Vasallaticum enim, non modo juramentum illud
 innuit, sed de ipsa potius Vasalli conditione universa
 adhibitum fuit, ita ut imprimis expeditiones bellicas
 Vasalli in Domini causa suscipiendas, indicaverit. Me-
 movent verba, quæ in epistola Episcoporum ad Lu-
 dovicum anno 858. c. 15. apud BALUZIUM Tom. II.
 Capitulum. p. 119. leguntur: Illo enim loco Episcopi Vassa-
 laticum, sive servitia Vasallorum, & juramenti præsta-
 tionem, declinare student: *Et nos, inquit, Episcopi Da-
 mino consecrati, non sumus hujusmodi homines, ut sic ut homines*
 Secus

seculares in VASSALATICO, debeamus nos cuilibet commendare, aut jurationis sacramentum, quod nos Evangelica & Apostolica, atque Canonica auctoritas vetat, debeamus quoquo modo facere, &c. Cæterum ab hac voce, nonnulli gallicam Vasselage, quod GUIL: GUIARTIO jam jam circa ann. 1267. notum fuit, fluxisse volunt. v. MENAG. in *Diction. Etymologico.* pag. 710.

§. II.

Antiquissimis quidem temporibus HOMAGII appellatio & *Fidelitatis* & *Subjectionis* juramento fuit communis. Homagium ab HOMINE dicitur, Homo idem ac Vasallus & Cliens. ANNAL. FULD. *ad ann. 884.* de Zventibaldo referunt, eum Imperatoris HOMINEM factum esse. Eandem significationem invenimus *II. F. 99. X.*; forte huc etiam spectat *II. F. 27. §. 2.* Ab homine venit HOMINIUM, quod facile in HOMAGIUM mutari potuit. Consistebat autem in fidei Vasallaticæ professione, quam prolixè, licet barbaris verbis definivit BRACTONUS *Lib. 2. tr. 1. cap. 35. §. 1. Homagium est*

est vinculum juris, quo quis tenetur & astringitur ad varentizandum, defendendum, & acquietandum tenementum suum, in scifinu versus omnes, per certum servitium in donatione nominatum & expressum: Et etiam vice versa, quotiens reobligatur & astringitur ad fidem domino suo servandam, & servitium debitum faciendum. Gene-
 ralem de quavis fidei pollicitatione videtur admisisse sensum Homagii vox, quod & de sacramento Fidelis i. e. Vasalli, & de juramento subditi adhibitum legitur. Priscus enim mos fuit, & jam primis Imperii nostri temporibus usitatus, ut regni Proceres, imprimis milites, juramenti religione fidem suam firmarent Imperatori; quod jam antiquo ævo, regionum Domini in suis provinciis generali consuetudine jam jam introduxerunt. Variæ juramentorum formæ, quas prisca ætas non semper diversa appellatione notavit; jurarunt Vasalli, jurarunt

B

Sub-

Subditi ; Utrumque juramentum HOMAGII titulo venit. Hinc non male sentit VICTOR *de exempl. Imper. concl. 36. quod aures, oculosque arrigere debeat, cui opus est, ne subditi cum clientibus, hi cum Vasallis, Vasalli cum utrisque simul misceantur.* In vago hoc ac dubio verborum usu, tuto vocum istarum definitionibus, imprimis illis, quas recentiores DD. excogitarunt, uti non licet, verum ipsius negotii natura erit inspicienda, & quid actum videndum. Hodierni DD. ad discernendum Vasalli juramentum, a Subditi sacramento posterius SUBJECTIONIS HOMAGIUM appellare solent. v. RITTERUM *de Homagio Subjectionis.* Idem de voce FIDELITAS dicendum. HOTTOMANNUS *in Glossario p. 644.* Neq; aliud de germanico vocabulo HULDA sentiendum. De Subjectionis juramento eam vocem usurpat scriptor apud BROWERUM *in Annal.*

nal. Trevirens. ad ann. 1303. lib. XVII. p. 186.
 antiquus, quem BALUZIUS *lib. 1. Miscellan.*
 inseruit. Ita vice versa CHRONICON
 RHYTHMICUM apud LEIBNITUM Scri-
 ptor. *Brunsvic. Tom. III. p. 36.* vocabulum
 HULDEN, pro depositione Vassallagii al-
 legat.

Non inanis est de horum verborum usu disquisitio. In
 Jurisprudencia Feudali magnum ipsis rebus lucem af-
 fundit accuratior vocabulorum cognitio; de qua hoc
 loco imprimis laborandum est. Incognita fuerunt an-
 tiquo ævo pleraque posteriorum seculorum subtilita-
 tes, quæ in nudis verbis acquiescebant. Manifestè id
 docet vocabulorum FIDELITATIS & HOMAGII usus,
 quem brevissime hic explicandum censemus, cum il-
 las voces sapissime convenire observemus. FIDELI-
 TAS I. denotat juramentum Subjectionis, Regi a Sub-
 ditis præstandum. CAPITULARIA CAROLI CALVI
tit. 32. c. 2. 3. LUDEWIG *de Jure Clientelari Germanorum cap.*
II. pag. 35. lit. K. II. Jusjurandum, quo Vassallus Domi-
 no in ipsa Feudi concessione fidem promittit. RADE-
 VICUS *de gestis Friderici lib. 2. c. 20.* in quo sensu Vasea-
 ligio convenit: Utramque significationem approbat
II. Feud. tit. 5. III. Distinguitur ab Homagio, quod ali-
 quando præcedit: Illud præstatur genibus flexis, ma-
 nibus in Domini manus immisissis; hoc vero stante Va-
 sallo, & tactis sanctis Evangeliiis: Respiciebat illud,
 ad defensionem & custodiam Feudi concessi promitten-
 dam; hoc omnem reverentiam, cultum, & servitia
 Domino Feudi præstanda promittebat. DU FRESNE *in*
Glossario sub voce Fidelitas. Pari ratione HOMAGIUM fu-
 mitur.

mitur: I. Pro servitio seu obsequio, quod Vasallus Domino exhibere obligatur. II. Pro fidei & obsequii declaratione, quam intuitu Feudi Domino Directo Vasallus facit. III. Pro actu, qui a Fidelitatis juramento distinguitur, & in arctiori ac humilliori servitii genere consistit, notante SPELMANNO in *Glossario Archaologico* pag. 295. Singulare exemplum distincti ab Homagio Fidelitatis juramenti præbet processus Feudalis, quo CUNRADUS Abbas Herbipolitanus Domino de HOHENLOHE Feudum concessit v. LUDEWIGII *Reliquias Tom. II pag. 223*. Alias, obsoletas tamen, Homagii & Fidelitatis differentias vide apud RAGUSIUM in *Glossario Tom. II, pag. 14*. IV. Pro Subjectionis juramento Subditis proprio v. HERT. *de Subject. Territor. f. XIII. seqq. Opuscul. Vol. I. Tom. II pag. 387*. V. Infinita ac prorsus impropria vocis significata silentio prætereo: v. c. apud BUSCHIUM, *de Reformat. Monaster. cap. 33*. URFEDA Homagii nomine venit, & jurata securitas de innoxio præstando transitu ROBERTO MONACHO *lib. 2 Hist. Hierosol. f. 39*. HOMINIUM PACIS dicitur v. DATT *de pace Publ. cap. VII. pag. 571*. Ex quibus exemplis abunde patet, quam exiguum verborum curam majores nostri habuerint.

§. III.

At quorsum hæc spectant? Multis hæc ad scopum nostrum parum aut nihil facere videbuntur, qui inanem & supervacaneam in vocum vim & usum, plerumque ab hodierna praxi receden-

cedentem, inquisitionem existimabunt. Sane non dicis causa hæc ex antiquioribus monumentis atque testimoniis fuerunt collecta: Licebit enim varias eruere ex allatis conclusiones. Ita ex promiscuo dictarum vocum usu clarum est. *I. Quod non semper ex sola voce, & vulgari ejus significatione negotii naturam in questionibus feudalibus judicare queamus.* Juris enim Feudalis maxima pars in moribus quærenda, qui raro constantes perpetuo quasi moventur atque mutantur, iisdem plerumque remanentibus vocibus ac terminis, qui tamen, rerum statu prorsus mutato, antiquum sensum non possunt conservare. Estque hodierno seculo decantatum, in materiis Publici atque Feudalis Juris pristinas locutiones, rarius in grammatico ac originali sensu accipi posse. II. Por-

ro docent hætenus proposita evidenter, Subditorum & Vasallorum Fidelitatis juramenta communi voce fuisse insignita, ut inde, ni fallimur, secure argumentari queamus: *Jure Feudali Germanico in omni juramento Fidelitatis semper eminere & adesse aliquam Subjectionis præsumptionem, quæ pro firmo Domini Territorialis argumento habendum, donec fortiori contra Subjectionem argumento elidatur.*

Admodum paradoxa, nova, & inaudita hæc multis videbitur sententia. Sed rogantur, ut paulo judicium suum suspendant, & sequentia liberiori meditatione dignentur. *Primo*, observetur rogo, me non de Jure Feudali Longobardico loqui, quatenus illud vulgari collectione continetur. In illo enim non modo juramentum Fidelitatis Vasalli *II. Feud. 5.* a juramento Fidelitatis Ministri & Subditi distinguitur, quod clarum & indubitatum est; verum etiam *II. Feud. 6. & 7.* singulares Fidelitatis formas, sive Homagiorum formulas adscriptas videmus, quamvis illæ ex *CUJACII* testimonio, a melioribus libris abesse perhibeantur, ipsique ab aliis quibusdam *OBERTI* Libro temere insertas esse credantur, quarum illam, quæ sub titulo sexto recensetur, ex *FULBERTI Carnotensis Episcopi* suggestionem, Aquitanorum Dux *WILHELMUS* circa annum 1020. introduxit, ejusque fragmenta *GRATIANUS* in *can. 22. q. 5. can. 18.* exhibuit. Quamvis & illud libere fatear, formas illas in Feudorum libros relatas tot & tanta

ta à Vafallo exigere fervitia, quanta vix Subditus fupremo fuo Domino exhibere potest, nifi Subjectionem eo extendere velimus, quo rhythmica dominicæ potestatis descriptio fequentibus respicit verbis:

Laß mir / was mein ist/
 Sieb mir was dein ist/
 Glaube / was ich will/
 Thue ich dir Unrecht / so schweig still.

WEHNER. PRACTICAR. OBSER. pag. 332. Ut proinde illa augeatur suspicio, sextum & septimum titulum de Fidelitatis forma recentius accessisse. Mihi jam de antiquo Imperii nostri statu sermo est, quod in una persona & Subjectionis & Vafallagii Fidelitatem concurriffe, constat, & superiori §. adducta satis probant: Juniori tamen ævo diversas Fidelitatum formulas adinventas esse, easque præsertim in Lombardia usurpatas, solide docet SCHILTERUS, in *Comment. ad Jus Feudale Alemannicum* pag. 68. qui etiam Fidelitatis formulas, JUR. FEUD. ALEMAN. Cap. IV. & JUR. FEUD. SAX. c. 2. occurrentes Subjectionem præsupponere rectissime argumentatur. Cæterum hæc sententia quoque cum grano salis accipienda. Dico enim in Fidelitatis juramento regulariter præsumtionem militare Subjectionis: Non dico adesse, sed præsumi Subjectionem. Ergo valebunt testimonia & rationes in contrarium proferendæ: Quamdiu ea ignorantur, aut non producuntur, tamdiu firma manet antiquissima observantia firmata præsumtio. Hinc perverfissis egerit, qui ad recentiores Investituras, quarum tempore diversitas illa jurisjurandi cognita atque recepta in curiis feudalibus fuit, regulam superius datam applicare voluerit.

§. IV.

§. IV.

Nullum igitur inter Fidelitatis & Subjectionis iuramentum, antiquis germanici Regni temporibus discrimen fuisse, (a) vel si quod fuit, rarius occurrisset, constat. Quod hodie introductum, ex proximis seculis originem habet, forte multum autoritate juris Longobardici (b) debet. VASALLI vinculo Subjectionis minime soluti, & parum a Subditorum conditione remoti erant, quod nomen prima Imperii nostri ætate, libertatis suæ adhuc memoris, non admodum familiare fuit. Nam & tunc Subditi humano satis titulo fideles (c) appellabantur. Ingentem subsequencia secula omnium rerum viderunt conversionem, excrescente illorum potestate, qui antea Subjectionis gloria, contenti fuisse videbantur: Ita subditos

tos fieri Vasallos, ex Vasallis Dominos & Coimperantes, juniora secula sunt experta; & tamen præstantur Vasallagia verbis sæpius cum Subjectionis juramentis conspirantibus. E contrario non una mediatorum (d) Subditorum conditio fuit; quamplurimi arctiori vinculo superioritati territoriali indies obstringebantur, & graviori quodam nexu irretiti, ad eam libertatem haud assurgere potuerunt. Hinc forte non errabimus, si generaliter concludamus: *Omnes Vasallos, qui antiquioribus Imperii temporibus Domino cuidam potentiori, & dignitatis prerogativa multum superiori, Fidelitatis promissionem fecisse leguntur, majori obligatione Domino suo superiori fuisse obnoxios, ac Vasallum jure Feudali communi, directo Domino subjectum esse, novimus.*

(d) Fidelitatem imperante CAROLO M. omnis populus juramento polliceri adigebatur. v. Capit. a. 802. c. 2.
 Ut omnis homo in toto regno suo, sive ecclesiasticus, sive laicus unusquisque, secundum votum & propositum, qui antea Fidelitatem
 C sibi

sibi Regis nomine promississet, nunc ipsum promissum hominis Caesari faciat. Eo conscientiae vinculo utebatur prudentissimus Imperator, qui vastissimo regno gentibusque ad secessionem proclivibus imperabat. Hinc tantam curam in obtinendo jurejurando habebat. Neque satis erat, populum Fidelitatem sacramento spondisse: magna enim hominum pars immemor religionis, & ignorans gravitatem actus, quem suscipit, facilis est in juramentorum praestatione. Hunc errorem, ut etiam excuteret Imperator, jubebat capit. eod. ut omnibus traderetur publice, qualiter unusquisque intelligere posset, magna in isto sacramento, & quam multa comprehensa sint. Repetita posthac saepius illa juramenta, v. Cap. II. c. 1. apud BALUZ. tom. I. p. 375. & Capit. incerti anni c. 47. IBID. p. 518. In Capitulari a. 812. Regis Misfis cap. 13. injungitur: Ut populum iterum faciant Fidelitatem promittere, secundum consuetudinem jam dudum ordinatam: & ipsi aperiant & interpretentur illis hominibus, qualiter ipsum sacramentum & fidelitatem, erga nos servare debeant. IBID. p. 500. Formulam ipsius juramenti praescripsit Capitulare anni 789. sequentibus verbis praestandi: Sic promitto ego ille partibus Domini mei Karolo Regis & filiorum ejus, quia fidelis sum & ero, diebus vite meae, sine fraude vel malo ingenio. Chartam divisionis Imperii inter Ludovici Pii filios de a. 837. apud BALUZ: l. c. p. 656. Luculentiora sunt, quae de consuetu Fidelitatis juramento narrat Capitulare CAROLI CALVI de a. 854. c. 13. quo ipsa juramenti formula, cum Fidelium jurantium indice exhibetur:

Ego Ill. Karolo Hlulodivi & Judithae filio, ab ista die in ante fidelis ero, secundum meum servitium, sicut Francus homo per rectum debet suo Regi. Sic me Deus adjuvet & istae reliquiae.

BALUZ. l. c. Tom. II. p. 71. P. PITHOEUS, in Collect.

lect. Script. XII. p. 508. Prolixior est jurata illa professio, quæ eidem Regi a. 853. ab Episcopis, Laicis, & toto populo facta; v. ib. p. 509. digna ut hoc loco adscribatur, cum recentiora Homagia ex illis formulis desumpta esse videantur:

PROFESSIO EPISCOPORUM.

Quantum sciero & potero, adjuvante Domino, consilio & auxilio, secundum meum ministerium, fidelis vobis adjutor ero, ut regnum, quod vobis Deus donavit, vel donaverit, ad ipsius voluntatem. & sanctæ Ecclesiæ ac debitum regium honorem vestrum, & vestram fideliumque vestrorum salvationem habere & obtinere possitis.

SACRAMENTUM LAICORUM.

Quantum sciero & potero, adjuvante Domino, consilio & auxilio fidelis vobis adjutor ero, ut regium, quod habetis ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ & vestrum honorem, atque ad vestram salvationem continere possitis, & quod Deus adhuc vobis concesserit, acquirere, & contra omnes homines defendere valeatis.

GENERALE OMNIUM FIDELIUM.

Sic promitto ego, quia de isto die inantea isti Seniori meo, quamdiu vixero, fidelis & obediens & adjutor, quantumcumq; plus & melius sciero & potuero, consilio & auxilio, secundum meum ministerium in omnibus ero absque fraude & malo ingenio, & absque ulla doloitate vel seductione seu deceptione, & absque respectu alicujus personæ & neque per me neque per Missum, neque per literas, sed neque per emissam seu intromissam personam, vel quocumque modo ac

significatione, contra suum honorem & sanctæ Ecclesiæ atque regni illi commissi quietem & tranquillitatem atque soliditatem machinabo, vel machinanti consentiam; neque unquam aliquod scandalum movebo, quod illius præsentis vel futuri salutis contrarium vel noxium esse possit. Sicme Deus adjuvet, & ista Sanctorum patrocinia.

His mediis & sanctionibus quasi vinculis, fidem Procerum atque totius populi devincire voluerunt antiqui Franciæ Reges. Eo quidem tempore primaria Fidelitatis pars in bellicis servitiis & defensione regni contra internos & externos hostes acquiescebat. Factum inde, ut formulæ juramentorum, fere unice ad illam obligationem respexerint: Et cum juniora tempora formas veteris jurisjurandi retinuerint, sensim hodiernæ Homagiorum formulæ ex illis antiquioribus natæ fuerunt. Neque aliarum gentium Fidelitatis sacramenta multum ab antiquis illis formulis abluunt. De ANGLORUM moribus v. SPELMANNUM *in Glossar. sub voce fidelitas*: nec non LEGES GUILIELMI CONQUESTORIS cap. 72. de fide & obsequio erga Regem: Statuimus, ut omnes liberi homines sedere & sacramento affirmant, quod intra & extra universum regnum Angliæ, (quod olim vocabatur regnum Britannia) Wilielmo Regi Domino suo fideles esse volunt, terras & honores illius omni fidelitate ubique servare cum eo, & contra inimicos & alienigenas defendere. v. WILKINS *Leges Anglo-Saxonicas* pag. 228. Varias hujus jurisjurandi formulas v. apud CHANTEREAU LE FEBVRE *traité des fiefs* Tom. II. pag. 13. 17. 19. 24. 37. 205. quibus recensendis non immorabor. In Germania mos ille antiquus perpetuo servatus, & ad posteros fuit transmisus. LEHMANN *in Chron. Spir. Lib. II. c. 18. pag. 75.* WIPPO *in vita CONRADI II. pag. 428.* testis est præcæ consuetudinis: *De Fidelitate*, inquit, facta Regi minus necessarium dicere puto, frequenti usu teste,

teste, quod omnes Episcopi, Duces, & reliqui Principes, milites primi, milites gregarii, quin & ingenui omnes, si alicujus momenti sint, Regibus fidē faciant. Exegerunt illa Homagia nonnunquam Imperatores frequentius, prout necessitas & occasio suadebat. Solenne erat juramentum Fidelitatis, quod ab Italis FRIDERICO I. præstatur, referente RADEVICO *Lib. I. cap. 19. p. 489.* Plura testimonia ex mediæ ævi scriptoribus afferre superfedemus, quibus constantia & progressus antiquissimæ istius observantia doceri possent: In re tam clara atque certa ut plura addam, haud institutum nostrum patitur. Id adhuc moneo, Fidelitatis juramentum Imperatori, Republica nostra, ad hodiernam formam jam jam aliquodammodo composita, non deposuisse solos Proceres, Magnates ac Dominos territoriales, verum cum iis ad solennem hunc actum ministeriales & subditos accessisse, atque superius & eminentius Imperatoris dominium recognovisse: Nam & olim provinciales status comitiis Imperii publicis quandoque interesse solebant, & eorum præsentia imprimis in actu homagii requirebatur. KNIPSCHILD *de dignitate atque prerogativa Civitatum Imperialium Lib. II. cap. I.* Hinc etiam subditi mediati, non raro ad supremam Imperatoris confugiebant jurisdictionem, & nonnunquam ad forum Cæsaris citabantur, ex eo mandatis, inhibitionibus, similibusque immediate promanantibus. v. HEIDERI *Discurs von den alten Reichs Vogteyen p. 23 & 110.* A qua tamen praxi non male juniora recesserunt tempora, quod inferius deducam. Cæterum successu temporis mutatæ paululum fuerunt Homagii formulæ, & modo laxiores modo strictiores redditæ. Exemplum nobis dedit GOLDASTIUS *Tom. III. Constitut. p. 404.* qui novam Vassallagii formulam forte circa RUDOLPHI tempora usitatam communicavit, antiquioribus quidem ampli-

orem, sed cum earum contentis multum convenientem. Ab illo demum ævo sensim formulæ illæ, quibus hodie Vasalli Imperii utuntur, traxerunt originem; de quibus infra.

(b) Non obscure JUS FEUDALE LONGOBARDICUM differentias juramentorum constituit II. Feud. 5. *Qualiter autem debeat jurare Vasallus fidelitatem, videamus. Jurare scilicet debet: Ego juro ad hæc sancta DEI Evangelia, quod a modo in ante ero fidelis huic sicut debet esse Vasallus Domino: Nec id quod mihi sub nomine Fidelitatis commiserit Dominus, pandam alii ad ejus detrimentum me sciente. Si vero domesticus i. e. FAMILIARIS ejus sit, cui jurat, aut si ideo jurat Fidelitatem, non quod habet feudum, sed quia sub JURISDICTIONE ejus, cui jurat; nominatim vitam, membrum, mentem, & ejus rectum honorem custodire jurabit.* Triplex exponitur Fidelitatis juramentum, quorum primum VASALLIGIUM in specie dicitur, & vulgò *Lehen-Pflicht* appellatur; Alterum respectu officii & ministerii exigitur, ac *Ambts-Pflicht* dici solet; Tertium ad Subjectionem respicit, & communiter nomine *der Huldigung* usurpari solet. BITSH in *Comment. ad Jus Feudale h. t. pag. 239.* Forte plures juramentorum species adduci potuissent, cum plures obveniant in civili vita casus, in quibus juramento fidem humanam munire, & factam de sua Fidelitate promissionem, homines corroborare solent. Inter amicos, federatos, conjuges, contrahentes sæpius juramenta adhibentur; Nonnunquam etiam ab ipsis Dominis directis, qui ad reddendam fidem jure quoque obstringuntur, juramenta exacta legimus Fidelitatis; quamvis exempla rariora sint, & plerumque Dominus ac Vasallus inæqualis conditionis esse soleant, teste quotidiana experientia; debilioris Vasalli conditionem sub potentiori Domino non semper felicem atque tranquillam esse. Inde proverbium gallicum: *Un Seigneur de boire, mange*

mange

mange un Vassal d'acier. HOTTOMANN, ad Lib. 2. feud. tit. 33. Ac his non immorabor. Clara sunt textus verba, quæ Fidelitatis & Subjectionis juramenta distinguunt. Utriusque differentiam in sequentibus lex constituit. Officium Vassalli dicitur esse vel generale, ut sit fidelis sicut debet esse Vassallus. Nihil generalius & pene idem per idem dici potuisset: Vassallus sit fidelis ut Vassallus esse debet. Germanica Vassallia hodierno die recepta eandem formulam assumpserunt: *Sürder alles das zu thun/ was ein treuer Lehn-Mann seinen Herrn seiner Lehn haben von Recht und Gewohnheit zu thun pflichtig ist.* Remittit nos illa locutio ad doctrinam de Vassalli obligatione, ad quæ generaliter in hac formula provocatur, quam fusius explicandam esse hoc loco, non credo. *Specialis* promissio, quæ in allegato sacramento occurrit, spectat ad silentium, quod Vassallus in rebus a Domino directo nomine Fidelitatis commissis, tenere debet. Mirum forte multis videbitur, quod non gravius quoddam ac majus servitium Domino exhibendum, juramento illo contineatur. Sed ne miremur: *QUINTIL: Deolan. 19. nullam difficiliorem, quam silentii credit virtutem, cum promississimo sermone sæpius delinquamus.* Imo videntur autores hujus juramenti ad intimam illam Vassalli & Domini conjunctionem respexisse, qua Vassallus arcana & secreta Domini silentio altissimo tegere, obligatur. Securus enim de Vassalli fide sit Dominus, cui nihil gratius esse poterit, quam ut consilia sua mentemque absque omni prodicionis metu Vassallo aperire queat, quod in vita humana non ultimum solet esse solatium. Hæc de Vassalli sacramento. *SUBDITUS* jurat ex sententia citati textus: *se vitam, membrum, mentem, & ejus rectum honorem, custodire velle.* Per mentem ex sententia *JACOBI DE BELVISIO* secretum intelligere malumus

mus, quam cum EGU: BARONE animam interpretari. Ast videtur hujus sacramenti autor, non attendisse primarium Subditi erga Dominum Officium sibi peculiare, quo a Vasallo distinguitur; cum ex obligatione, qua Vasallus Domino tenetur, pene eadem promissio erui posset. Sed hæc ex moribus & consuetudine dependent, & supervacaneum est in illis materiis, quæ ab usu dependent, philosophari. Assentitur textui nostro SIGONIUS *de Regno Italia Lib. VII. p. m. 176.* qui aliam latiore sacramenti Fidelitatis formulam annotavit, quam adscribendam esse opinamur, cum instar commentarii in allegatum textum esse queat: Ita quidem fuit concepta:

Ego super hæc sancta DEI Evangelia juro, me imposterum, dum vivam, fidelem futurum Tibi N. Domino meo, contra omnes homines, excepto Imperatore aut Rege. Id est, Juro me nunquam scientem auctorem futurum, aut operam daturum, ut amittas vitam aut membrum aliquod, aut læsionem aliquam corporis accipias, aut injuriam, aut contumeliam aut honorem aliquem amittas, quem nunc habes, vel imposterum habebis. Et si scivero, aut audivero, aliquem hæc adversus te moliri, pro viribus impedimentum afferam; sin minus, tibi primo quoque tempore nuntiabo, & contra eum, quoad poterò, tibi auxilium præstabo. Et si quid ex iis, quæ habes aut habebis, injuste aut fortuito amittes, ad ea recuperanda & in perpetuum conservanda, opem feram. Et si cognovero, velle te aliquem juste offendere, si requisitus fuero, meum tibi subsidium, ut debeo, præstabo. Et si quid mihi secreto communicaveris, id injussu tuo non enuntiabo, neque ut enuntietur, operam dabo. Et si consilium a me petieris, id quod magis expedire tibi visum fuerit dabo, neque sciens aliquid unquam agam, quod pertineat ad tuam aut tuorum injuriam aut contumeliam.

Ean-

Eandem formulam habet textus II. Feud. 7. Explicatis sunt in illo Vasalli Officia, quæ eo redeunt. I. Vasallus Domino contra omnes existat fidelis, exceptis excipiendis: Non raro enim superiori aut alii Vasallus Domino erat obstrictus: Hinc frequentes in antiquis Homagiis occurrunt exceptiones. Vide juramentum Comiti Campaniæ a Vasallis, qui feuda apud CHABLEIAS possidebant, præstitum, sequentis tenoris: *Ego juro, quod ero fidelis Comiti de cetero, & quod ego serbo membra ejus, & honorem ejus, pro posse meo, sic me Deus adjuvet, & hac sancta salva fidelitate beati Martini, & exceptis Clericis.* CHANTEREAU Tom. II. pag. 14. Sollemnis quoque formula in juramentis fuit, ut Fidelitatem Vasalli pollicerentur contra omnem creaturam, quæ possit vivere & mori: v. EUND. pag. 17. II. Promittit Vasallus, se nulla ratione nociturum esse Domino: Hinc hodiernæ Vasalligiorum formulæ solent continere illas locutiones: *Nachtheil und Schaden zu wenden/ vel wissentlich nichts vorzunehmen/ was zu N. N. Schaden oder Schmach kommen mögte.* III. Vasallus se revelaturum esse Domino omnia contra ejus salutem suscepta consilia pollicetur: Idem in recentioribus Vasallagiis quandoque observatur, in quibus non raro verba leguntur: *Nicht in dem Rath/ vielweniger bey der That zu seyn/ da wieder N. N. gehandelt oder gerathschlaget würde; auch N. N. frommen/ Ehre/ und Nutz fordern/ Schaden warnen und wenden/ nach seinen besten Vermögen; Insonderheit/ da er erführe/ das was N. N. am Leibe/ Ehre/ Würde und Stande zugegen und Nachtheil/ oder N. N. Herrschaffen/ Landen und Leuten zu abbruch/ von jemanden wolte sürgenommen werden/ solches N. N. offenhahren* &c. IV. Neque modo avertendo atque evitanda, Fidelitatem suam Vasallus Domino probare debet, verum etiam faciendo & præstando. Jubet igitur juramentum Vasalli, (1.) Ut dominum defendat. (2.) Bona ejus conservet. (3.) Auxilium requisitus præ-

D

beat,

beat, vel ad defensionem vel ad offensionem justam ac legitimam, pro Domino suscipiendam. (4.) Consilium præbeat ad promovendam Domini salutem. Brevius sensum Vasallagii exponit *II. Feud. 6.* quo loco officia Vasalli iis includuntur generalibus verbis, ut Vasallus semper in memoria habeat: *Incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile*, in quibus casibus, ad præstanda Domino servitia, paratus semper esse debet. Ex his perspicimus, non levem & exiguam Vasalli erga Dominum esse obligationem, quam majora & graviora ipso Subjectionis juramento præcipere, existimat ROSENTHAL, in *tract. feud. cap. 6. conclus. LXXXV. p. 360.* Cæterum DD. varias definire solent utriusque juramenti differentias, quarum insigniores enarrabimus. Ita dicunt: I. In Vasallagio verba magis temperata & solummodo Fidelitatem promittentia, adhiberi. Nam in Fidelitatis Vasallitice juramento vox *Gehorsam* adjicitur. HEIDERUS *Gründliche Ausführung der Reichs-Stadt Lindau pag. 840.* Aliquando ponitur *unterthänig*. MAUL. *De Homagio tit. I. num. 18.* II. Vasallagium præstari ratione bonorum feudaliū MOLIN. in *Consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5.* Homagium autem ratione Subjectionis & Obedientie. III Per Vasallagium Domino cultum & honorem promitti: In Homagio autem omnimodam Subjectionem stipulari. RITTER. *de Homagio Cap. I. §. 30. pag. 17.* IV. Inde fieri, ut Vasalli dicantur *Liebe Getreue* / subditi vero *Gehorsame Unterthanen*. V. Homagium exigi ab eo, qui domicilium & habitationem in territorio Domini directi habet, Vasallagium autem ab eo, qui modo terram aliquam in feudum recognoscit. VULTEJ. *de feud. Lib. I. cap. 6. pag. 5.* VI. Homagium non præstari, nisi illud exegerit Princeps vel Dominus superior. KNICHEN *de Jure territ. c. III, n. 245.* Vasallagium autem, vel Domini vel
Va-

Vasalli persona mutata, esse præstandum. *II. Feud. 24. in pr.* VII. Homagium omnem vim intra territorii fines continere; Vasallagium vero extra regni & provinciæ terminos se extendere. VIII. Principem alteri Principi Vasallagium quidem, non autem Homagium præstare posse. IX. Vasallagium per procuratorem depōni posse; Homagium regulariter non admittere substitutum. Hæ primariæ sunt differentiæ utriusque juramenti Fidelitatis, quarum tamen pleræque multis exceptionibus & limitationibus obnoxia, quas hic referre, nimis prolixum foret: e. g. discrimen illud, quod ab adjecta vel omiſsa voce **Gehorsam** desumitur, experientia sæpius exploditur. v. **BESOLDUM** in *documentis rediſivis p. 489.* Imo in antiquioribus Homagiorum formulis rarius vocem illam **Gehorsam** observabimus: v. **ORDINARIUM SENAT. BRUNSVIC.** apud **LEIBNIT.** *Script. Brunsvicensis. tom. III. pag. 461.* quo sequens Brunsvicensium recensetur juramentum:

Dat gy unsen Heren Hertogen N. N. to Brunswick unde to Lüneburg / de hier gegenwerdig staen / willen also trüwe und holt syn / als e Børgere ören Heren to rechte schullen / dewile dat se gyck by gnaden / by rechte / unde by wonheit lathen / dat gyck Godt also helpe.

Ex adductis igitur manifestum est, meam sæpius inculcatam sententiam de Vasallagio antiquo regulariter Subjectionem involvente, certo stare talo, illasque differentias modo adductas, ad recentiorum feudorum constitutionem, & Homagii præstationem esse referendas, quarum etiam plurimas absque fundamento communiter tradi, inferius videbimus.

(c) Reliquias istius humanitatis atque benignitatis deprehendimus in vocibus: *Liebe Getreue* / quibus hodie Principes & Domini erga Subditos uti solent. Præ-

terquam enim, quod olim in deponendis Homagiis
variarum solennitates adhibitæ fuerint, quæ de singulari
nexu & favore Domini erga Vasallum testabantur, v.
ALTESERRAM in *Originibus Feudorum c. 8. p. 311*. Ita
suavis illa Fidelium appellatio ad hodiernum tem-
pus usque fuit propagata. Conferatur de usu vocum *Dile-
ctorum & Fidelium FEBVRE, de L'origine des fiefs, pag. 62*.

(d) Videri hic possunt Vasallagia, quæ in suprema curia
Imperatoris a Statibus S. R. I. præstari solent. v. STRYK.
in *Append. ad Examen Jur. Feud. n. 14. STILERUM Vol. II.
der Secretariat-Kunst pag. 763. LIMNÆUM Tom. I.
Add. Lib. IV, cap. 7. pag. 430. LUNIG in ARCHIVO
IMPERII Part. gen. tom. III. pag. 580. exhibet juramen-
tum Fidelitatis nomine Episcopi Wormatiensis d. 26.
April. anni 1677. præstitum, cum quo jungi potest ju-
ramentum Fidelitatis a SEREN. DOMUS SAXONICÆ
PRINCIPIBUS a. 1687. depositum, quod ibidem legitur.
Confer. UFFENBACH de *judicio Aulico. cap. XI. pag. 113.
& Celeb. LUNIG. in Theatro Ceremoniali P. II. pag. 982.
seqq.* In his omnibus vocem **Gehorsam** occurrere
observamus. Id in Civitatibus Imperialium Homagiis
singulare est, quod illæ jurent: *Als getreue und gehorsame
Unterthanen / ihrem rechten Herren schuldig und pflichtig
zu thun sind*; quale juramentum Fidelitatis, FRIDE-
RICO III. a. 1440. cives Augustæ Vindelicorum jura-
runt: Imo Ratisbonenses a. 1705. in Homagio se ap-
pellant, *getreue und gehorsame Unterthanen / Imperato-
rem vero, Ihren allergnädigsten natürlichen rechten Herren.*
A qua jurandi necessitate nonnullæ Imperiales Civi-
tates ex antiquo jure & more immunes factæ sunt.
KNIPSCHILD de Civitatibus: *Imperial. Lib. II. Cap. I. pag.
182.* Sed hic moveri posset vexata illa inter DD.
Jur. Publ. & Feud. quæstio: *An illud S. R. I. Statuum
juramentum Fidelitatis, quod Imperatori præstant, Subjectionem
invol-**

involvat? In ea sententia versatus esse videtur Autor des bedenkens an einen vornehmen Reichs-Graffen/ ob derselbe schuldig sey/ der Kön. Kayserl. Majestät/ wegen seiner Reichs-Lehen zu dienen/ de anno 1620. v. Europäische Staats: Consilia tom. I. pag. 1091. quorsum etiam inclinant, VITRIAR. de Jure Publ. Lib. I. tit. 19. ITTERUS de Feudis Imperii cap. 19. §. 6. 7. Sed non videntur profus negligenda esse, qua personatus RELFENDSO HEROMONTANUS, sub quo nomine ROSENFELDIUM Hildeburgensem Francum latere constat, in libello de summa Principum Germanicorum potestate cap. II. CAESAR. FURTENERIUS de suprematu. & MONZAMBANUS de Statu Imperii Germ. cap. 4. & 5. de illa Subjectione disseruerunt, cum quibus conferendus JOH. JOACH. a RUSDORF in Vindictis causa Palatina Cap. 24. pag. 299. TITTIUS in Specim. Jur. Publ. lib. 7. cap. 8. §. 24. & DISSERT. de habitu territor. Germ. §. 67.

§. V.

Fidelitatis juramentum, quod Vasalli Imperii præstiterunt Imperatori, jam antiquis temporibus in particularibus quoque Germaniæ territoriis fuit receptum.

(a) Hinc, quæ superius generaliter de Fidelitatis juramento afferui, ea quoque in illis juramentis erunt observanda, quæ Dominis territorialibus facta fue-

D 3

runt:

runt: Manet igitur *presumptio pro Subjecti-
onis nexu*, donec contrarium evince-
tur. Fidelitas enim illo tempore non
nudam fidem Vasalliticam continebat,
verum strictiorem aliquam obedienti-
am agnoscebat. Inde factum est, ut
in multis Germaniæ territoriis Vasalli
plenam Subjectionem inciderint, &
quod Vasallagio Subjectionis promissio
inhærere credatur. (b)

(a) De antiquo hujus juramenti usu varia collegit exempla HERTIUS in *Dissert. de Subject. territ. §. XI. pag. 385.* qui jam seculo XIII. pene universalem in Germania consuetudinem fuisse docet, ut Regionum Rectores a Subditis jusjurandum acceperint. Imo Vasallagium olim Homagii nomine & titulo venisse, ex variis antiquis monumentis probavit C. LERCH *des Reichs-kitterlichen Adels herkommen zweyter Grundsatz. ap. BURGEMEISTER. in Biblioth. Equestri Tom. I. pag. 492.*

(b) Ex hoc enim principio fluxisse videtur, quod nonnulla in Germania inveniuntur territoria, in quibus omnes Vasalli Subditorum jure ac conditione censentur. HORN. in *Jurisprudencia Feudali cap. XIII. pag. 335.* Conferri merentur, quæ MULLERUS in *Theatro Comitiali sub FRIDERICO V. Part. I. pag. 333.* de Vasallagii

lagii natura in Provinciis Saxonis differuit, quæ ipsius verbis malumus referre, quam nostris:
 §. 50. Soviel die Erbhuldigungs- und Unterthanen Pflicht in Sachsen anlangt/ so machet man *respectu* derer Vasallen diesen Unterscheid/ ob der Vasall das Lehn würdlich besitze/ oder nur ein Mithelthener sey? Bey dem würdlichen Besitz eines Lehns *distinguit* man ferner/ ob das Lehn im Lande/ oder außerhalb Landes gelegen? Lieget das Lehn im Lande/ und der Vasall wohnet zugleich darinnen/ so ist selbiger ein völliger Unterthaner/ (*Subditus in omnibus & per omnia*) also/ daß er nicht allein die Lehns-Pflicht/ sondern auch die Erbhuldigungs- und Unterthanen-Pflicht ablegen/ auch daher in allen Sachen nicht anders/ als ein anderer Unterthaner/ vor seinen Landes- und Lehn-Herrn stehen/ und Recht nehmen muß/ welche *Subjection* sich so gar auf des Vasalli selbst eigene Person dermaßen erstreckt/ daß selbige nach Beschaffenheit der Fälle mit Leibes- ja Lebens-Straffen belegt werden kan. Lieget das Lehn zwar im Lande/ der Vasall aber hat sein *Domicilium* nicht darinnen/ so muß derselbe wohl gleicher gestalt/ kraft der in Sachsen üblichen Landfäheren nebst der Lehns-Pflicht/ auch die Unterthanen-Pflicht ablegen/ und vor denen Sächsischen Gerichten in allen *Personal-* und *real-* Sachen/ sie mögen das Lehn *concerniren* oder nicht/ stehen/ welchen falls die *Citation* in dem Lehn *insinuiret* werden kan: Jedoch erstreckt sich solthane *Subjection* auf des Vasallen Person nicht/ es können auch daher die wieder denselben ausgesprochene und zur Kraft Rechtsens gediehene Urtheil nur in soweit/ als das Lehn zureicht/ zur *Execution* gebracht werden. Ist das Lehn außerhalb Sachsen gelegen/ welches ein auswärtig Lehn genennet wird/ so hat der Vasall, wenn er nicht sonst wegen anderer in Sachsen gelegener Güther ein Unterthaner ist/ nur die Lehns-Pflicht abzulegen/ wiewohler/ welches einer besondern *Observanz* der Sächsischen Lande zuzuschreiben/ vor denen Sächs. Gerichten in allen *personal-* und denenjenigen *real-* Klagen/ so das Lehn betreffen/ belanget/ und da er ungehorsamlich außen bleibet/ bey Verlust der Lehn *cinret* werden/ die *Execution* aber nicht weiter als in das Lehn/

wie

wiewohl mittelst *Requisition* des *Judicis ordinarii* vollstreckt werden kan. Die *Insiuation* der *Citation* belangend / so mag zwar selbige einem solchen *Vasallen* / der im Sächsischen gar nicht wirklich eingeseßen ist / nichts destoweniger *in faciem* wo er in dem Sächsischen anzutreffen / sonder Zweifel geschehen / außer dem aber nicht / und ist sodann der *Vasall per subsidium* zu citiren. Anreichend endlich die *Mitbelehnten* / so ist ein solcher / ob er schon sonst keine in Sachsen gelegene Güther besizet / gehalten / nebst der Lehns / Pflicht auch den *Untertanen Eydt* abzuschwören / jedoch muß das *Lehn* / woran er die *Mitbelehnschafft* hat / innerhalb Sachsen gelegen seyn. Woraus denn ebenfalls folget / daß ein solcher *Mitbelehnter* vor denen Sächs. Gerichten in allen *personal* und denenjenigen *real* Klagen / so das *Lehn* betreffen / erscheinen / und allda Recht nehmen muß / auch kan *in casu contumacia* derselbe bey Verlust der *Mitbelehnschafft* citiret werden. Die *Insiuation* der *Citation* aber muß entweder ihm *in faciem* / wenn er *in territorio* des *Lehn* / Herrn angetroffen wird / oder *per subsidium* seiner Obrigkeit geschehen ; Hingegen *per insinuationem* der *Citation* ins *Guth* / dessen *Mitbelehnter* er ist / kan er nicht citiret werden / weiln er selbiges nicht besizet / wiewohl je zu weilen befundenen Umständen nach / dem *Hauptbelehnten* die *Citation* gegeben / und ihm anferleget wird / selbige seinem *Mitbelehnten* *insinuiren* zulassen / welcher letztere *modus* aber verschiedenen *difficultäten* unterworfen ist. *Jungi poterit HORN. in Volum. Consultat. pag. 901. qui idem de Principatu Anhaltino defendit. IBID. p. 283. LYNCKER. Respons. Vol. I. n. 56. pag. 408. & Vol. II. pag. 203.*

§. VI.

Ast forte hic aliquis objecerit, ita inter Vasallum & Subditum nullum inveniri discrimen; quod negare (a) nunquam

quam mihi venit in mentem. *Primo* enim Vasallagium tam laxè concipi potest, ut nulla Subjectionis queat superesse suspicio: Nam cum inter Dominum directum & Vasallum intercedat contractus, in paciscentium arbitrio erit utriusque obligationem definire. Hinc nudam Vasallaticam promissionem facere præsumuntur potentiores vel æquales, qui ab inferioribus vel æqualibus feuda petunt: (b) Forte huc etiam referri possunt, qui feuda Domino obtulerunt, (c) in quibus feudis secundum DD. opinionem, leniorem aliquem occurrere nexum verosimile est: Imprimis autem hodie frequentiora solent esse feuda, in quibus Vasalli & Subditi conditio separatur. (d) *Secundo* Vasallus, qui est Subditus a nudo subdito differt, cum ille quodam

E bene.

beneficio ac feudo gaudeat, quo Subditus regulariter destituitur. Hinc non male dicitur, VASALLUM esse SUBDITUM, quamvis dici nequeat, OMNEM SUBDITUM ESSE VASALLUM. (e)

(a) Obstant non modo ex Jure Feudali Longobardico petiti textus, verum etiam innumeræ DD. autoritates. Nam de differentia inter Subditum & Vasallum testantur EYBEN in *Elect. Jur. Feud. cap. XI. §. 13. p. m. 636.* GAIL. de *arr. c. 7. n. 11.* & DN. HILDEBRANDUS in *Diss. Jur. Feud. de Vasallagio Subjectionem non inferente.*

(b) Nihil enim frequentius fuit in Germania, quam quod feudorum possessio ab una familia ad alteram fuerit translata: Imo cum infinitæ mutationes in territoriis particularibus Germaniæ acciderint, sæpius ad Principes & Dominos territoriales feuda pervenerunt. Ex eorum possessione autem Subjectio nulla inferri potuit, quin potius ultra recognitionem & promissum auxilium plura exigere, nefas fuerit. *Vide litteras recognitionis feudalis Wilhelmi Ducis Juliacensis, datas Ruperto Seniori, Comiti Palatino Rheni Elect. Bavaria, apud TOLNERUM in Codice Diplomatico Palatino, pag. 71.*

(c) Id enim origo & natura feudorum oblatorum nobis persuadere videtur. Cum enim aliquis allodia & propria bona sponte alteri in feudum offert, eum in Subditi conditionem voluisse transire, haud præsumendum est. Verum etiam feuda aliquando ex necessitate, timore, aut sub certa spe ac expectatione oblata fuerunt extraneo Domino. v. HERTII *Dissert. de Feudis Oblatis Tom. I. Operum Part. 2. pag. 1500.* Hinc conditio istorum feudorum quoque variare solet, quam-

quamvis in brocardicum transierit: Die gutte Lehen seyn alle frehwillig aufgetragen / die schlechte allein aus Gnaden gegeben. Huc referri possunt illa feuda, quæ Domini proprii potentiori aut æquali dederunt, ut protectionem, auxilium, aut simile quid præstaret. Tales concessionem sæpius factæ sunt medio ævo, imprimis a personis ecclesiasticis, quæ non raro Principi Seculari, ut de ejus assistentia certi essent, bona & prædia feudi titulo concesserunt. Ita Episcopi Wormatienses Comitibus Palatinis anno 1226. feuda quædam sequentibus verbis tradiderunt: *Quia Vobis commisit Dominus potestatem & Domina Agneti uxori Filii vestri, per quem Wormatiensem Ecclesiam juvare potestis, & ei assistere in suis necessitatibus, ut ad auxilium & consilium tam nostrum quam ejusdem Ecclesie, tam vos quam Successores Vestri & Domina Agentis, qui per masculinum sexum descendunt, sitis perpetuo obligati, & vobis & Successoribus dictis in feudum concessimus & assignamus &c. v. TOLNER l. c. pag. 70.*

(d) Hinc recentiores Imperii leges illam differentiam agnoscunt. INSTRUM. PACIS WESTPH. art. 5. §. 42. de Vasallis & Subditis §. 31. de Landsasius, Vasallis, & Subditis loquitur. Aliam distributionem facit CAPITULATIO CAROLI VI. art. XV. Wie Wir dem keinen Churfürsten/ Fürsten/ und Standt/ (die unmittelbare Reichsritterschaft mit begriffen) seine Landschafften/ Ihme mit oder ohne Mittel unterworfenen Unterthanen/ und mit Landesfürstlichen/ auch andern Pslichten zugethane Eingeseffene/ und zum Land gehörige x.

(e) De hoc inferius plura dicemus. Sunt enim in Germania provinciis diversa Subditorum genera, quæ plerumque dividi solent in Prælaten, Ritter/ und Landschafften. v. BESOLD. voce Landtag. In quibusdam territoriis, ut Archiepiscopatu Colonienfi, Ducatu Juliacensi &c. Comitum & Baronum ordo adjicitur: Ex

his alii feuda & prædia habent, ac Vasallorum nomine indigitantur, alii mera allodia possident, & nudorum Subditorum qualitate contenti esse jubentur. Quamvis igitur *Vasallus plerumque sit Subditus*, non inverti poterit, *Subditum quemcunque esse Vasallum*.

§. VII.

Oritur illa Vasallorum Subjectio ex Imperii nostri ejusque provinciarum antiquissimo statu & prima *Fidelium ac militum* in Germania conditione. Cumque unus alterve Dominus moris hujus tenacior, & non omnium provinciarum in perferendis mutationibus una eademque fors fuerit; evenit quoque ut non ubivis una Vasallagii sit obligatio, eaque in multis casibus a Subjectione recedat. Inventa igitur nova distinctio, IN TERRITORIA CLAUSA & NON CLAUSA; (a) in illis omnem Vasallum Subditi qualitatem induere ajunt, in his liberum pronunciant

ciant. Ast cum infinitæ sint disputationes de natura & numero horum territoriorum, eam controversiam intactam & in medio relinquere volumus, contenti eo, quod hæctenus probatum fuit: *I. In Germania provinciis differentias inter VASALLUM & SUBDITUM, quas Jus FEUDALE LONGOBARDICUM statuit, pro regula ac norma jurium Vasalliticorum minime habendas. II. Antiquis Germania temporibus Vasallum ad eandem fidelitatem & obsequium obligatum fuisse, ad quam Subditus obstrictus fuerit ut inde adhuc præsumptio Subjectionis fluat. Interim fatendum III. quod Vasallus merum Subditum & dignitate (b) & beneficii feudalis possessione præcellerit.*

(a) Solent Doctores Juris Publici territoria S.R.I. dividere in mediata & immediata. v. HENR. COCCEJI juris publici prudentiam Cap. IX. & in AUTONOM. Juris gent. c. 19. MEDIATA dicuntur, quæ Imperatori & Imperio ita subjecta sunt, ut nullum Dominum territorialem venerentur: IMMEDIATA vero, quæ Domino territoriali subsunt, eoque mediante Imperium agnoscunt. Sed multas habet applicatio harum definitionum difficultates, quoad hodiernum Germaniæ statum, quæ ex variis & gravissimis mutationibus in præsentem

excrevit formam. Id tamen certum est, in illis provinciis, quibus magni præfuerunt Duces, differentem deprehendi conditionem ab iis terris, quæ in angustiores districtus & territoria divisæ, immediato nexu Imperio adstricti permanferunt. Eleganter hæc exposuit DN. STRUVIUS in *synagmate juris publici cap. 5. §. 4.* quo loco sequentem in modum disserit: *In terris mediatis nulla reperuntur iudicia immediata, nulli nobiles immediati, rariores Comites immediati, cum plerique sint Landsasiti, rariores urbes immediate, nisi quæ ex Palatinatibus adhuc superstites.* Ex hac territoriorum divisione ortam volunt in *territoria clausa & non clausa* doctrinam, quam ætatem duorum seculorum vix superare existimat STRUV. in *disserit. de territorio clauso civitatum imperatiam §. XIII. TERRITORIUM CLAUSUM* definitur, quod *limitibus suis ita sit distinctum, ut quicquid in illo continetur, sive ratione personarum sive ratione bonorum & rerum, sub illo comprehendatur, & superioritati territoriali unius ejusdemque Imperantis subsit.* HILDEBRAND. de *Territorio Clauso & non Clauso, sive mixto §. V.* cum quo conferendus REINKING. de *Regim. Sec. & Eccles. Lib. I. c. 5. c. 5.* Qualitas hujus territorii in sequentibus acquiescere dicitur (1.) quod Dominus intentionem habeat fundatam, & præsumtionem juris pro se super singulis rebus. (2.) quod tota jurisdictio in toto territorio clauso, & tota in qualibet ejus parte vel glæba deprehendatur, & se ad singulas istius territorii personas cujuscunque conditionis extendat. TERRITORIUM NON CLAUSUM describitur, quod *sub illo nomine & ambitu includantur terræ eidem Domino haud obnoxie, sed peculiaria territoria constituentes, vel aliena superioritati haud subiecta, vel de quibus saltem, quod aliquando unius superioritati territoriali subsuerint, probari nequit.* v. KEMMERICHII *Introductionem ad jus publ. pag. 1031.* MYLERUS ab EHRENBACH, de *Principibus & Statibus Imperii P. II. c. LXXXIX.*

Magno

Magno quoque eruditionis & rerum Germanicarum notitiæ apparatu celeberrimæ hujus divisionis existentiam probarunt GENEROSISS. AUTOR *examinis dissertationum ex jure publico & feudali, de Jurisdictione feudali Cap. VII. p. 63. cum quo confer. DN. MENCKEN. dissert. de vi superiorit. territ. in territ. imp. clauso §. 8. 10. & 13. nec non DN. WERNHERUS in diff. de probatione Landsass. ex situ territ. §. 18. & 21. PFEFFINGER in notis ad Vtriarium lib. III. tit. 19.* Inutilis aliis hæc videtur distinctio, nulloque firmo stare talo, quam sententiam amplectuntur GERMANUS PHILOPARCHUS *im flugen beamten p. I. Tit. XIII. §. XXXI. n. 9.* & nuper demum defendere annifus est WENCESLAUS XAVERIUS NEUMANNUS DE PUCHHOLTZ, cui; superius allegatum examen doctissimum fuit oppositum. Cæterum primarius divisionis hujus usus eo redit, quod in territoriis clausis Vasalli pro Subditis habeantur, & si quam prætendant, probare debeant exemptionem; cuius enim bona in territorio sita sint, de territorio eum esse i. e. Domini territorialis subjectum esse jurisdictioni, secundum vulgare brocardicon: *Que sunt in territorio, presumuntur etiam esse de territorio;* de quo singulari dissertatione DN. THOMASIVS egit. Recententur autem inter territoria clausa AUSTRIA, SAXONIA SUPERIOR AC INFERIOR, BAVARIA, LANDGRAVIATUS THURINGIÆ, ELECTORATUS BRANDENBURGICUS, PALATINUS, BRUNSVICENSIS ET LUNEBURGENSIS, LANDGRAVIATUS HASSIÆ &c. PFEFFINGER. *l. cit.* Circulus Svevicus, Franconicus, uterque Rhenensis, nec non Westphalicus maxima ex parte in territoriis non clausis consistit. Confer. ANDLER. *de nobilitate & ordine equestri §. 2.* Primarium illorum indicium est, quod varia & diversa occurrant jurisdictiones, a se invicem non dependentes. Multum agitata fuerunt illa questiones in supremis Imperii curiis. Evolvi hic pos-
sunt

sunt scripta in causa Ortenburgensi contra Bayern / Schwartzburgica cum Serenissima Domo Saxonica, publici juris facta. Spectat huc etiam Rechts und Wahrheits gründliche Assertio und Fürstellung / der auch in dem höchst löblichen Chur und Fürstlichen Hause Sachsen / und desselben Landen von undenklichen Zeiten beständig und unverrückt gewöhnlich hergebrachten und exercirten Landsäzerey / und daß die Herren Grafen zu Waldeck / welche von dem Fürstl. Hause Sachsen-Altenburg die Herrschafft Donna zu Lehen tragen / in Kraft und zu folge des demselben neben der Lehns-Pflicht / zugleich auch geleisteten Juramenti Subjectionis, und Ihrer ausgeantworteten Reversalien / vor desselben Landes Regierung und gesanten Hoff-Gericht zu Jena / auch in nicht Lehrmäßigen / Persönlichen und dñglichen Sprüchen / in Rechten passive zu stehen / schuldig und verbunden seyn. Altenburg 1665. in 4. aliaq; in ea controversia edita scripta, cum quibus jun-gi poterunt disputata inter Archiepiscopum & ELECTOREM TREVIRENSEM, cum Comitibus de SAYN ET WITGENSTEIN in causa Baronix VALLENDAR, in qua prolixum Responsum Juris dedit HERMAN-NUS VULTEJUS. Quæ in causa der Untertanen und Eingeseffenen des Bussacker Thals cum Serenissima Domo Hassiaca acta, & cum Solmensibus occasione monasterii Arnsburgensis tractata fuerunt, huc collimare videntur. Varie exercuit illa quæstio scriptores, qui immediatæ Nobilitatis Jura propugnanda susceperunt; inter quos est Autor der Deduction, worinnen einer unmittelbahren freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben vermittelte-ter Hochfürstl. Württembergischen Vasallen / unfürdendliche / vor und nach Erektion des Herzogthums Württemberg / ob-gehabte Reichs Immediatät defendiret und gerettet wird. Ad eandem controversiam pertinet collectio Actorum publicorum, quæ superiori anno sub titulo NOBILIS TERRITORIO SUBJECTUS prodiit; ut alios silentio præteream, qui celebrem controversiam attigerunt, de

de qua hoc loco quasi in transitu mentionem injecisse, mihi sufficere videtur.

(b) Vasallum Subditum merum subditum & dignitate & beneficiis regulariter præcellere, dixi. Fuerunt Vasalli veterum Dominorum territorialium *Fideles vel Milites*, quorum ope & servitiis in bello & seculo isto frequentibus diffidationibus utebantur. Antiquis vero temporibus in militia soli nobiles comparebant, PETRO DE VINEIS. *lib. 6. Epist. 17.* teste, *ad militiam neminem, qui de genere militum non fuerit natus, admissum esse: Ad minimum nobilitatis singularis ratio in militia habebatur.* HERT. *de feudo nobili Sect. III. §. 5. & 6.* Feuda antiquissima concedebantur militibus; hinc Vasalli milites dicuntur, & militis nomen præclaram nobilitatem infert: Eleganter hæc describit JOH. BAPT. CHRISTYN. in *Jurisprudentia heroica Art. 1. p. 63.* *Fuit hæc militis vox, licet hodie plane in desuetudinem videatur abiisse, plena dignitatis, honorisque nuncupatio, quod abunde per universam Europam testantur frequentissimi veterum nobilium tumuli, in quibus raro admodum hæc ipsa militis desideratur appellatio. Quod ad antiquitatem hujus nominis attinet, diploma reperio de anno 1071. in quo D. Wilhelmus Dominus temporalis villa de BOURNEVILLÆ, & viri nobiles Rameling Frater, & Gerardus de Hardinia socer ejus, cum Arnuldo de Andrea, vocantur milites. Initium Diplomatis sonat: EGO WILHELMUS, DOMINUS TEMPORALIS DE BOURNEVILLÆ MILES.*

Confer. Vorläuffigen doch gründlichen Bericht vom Adel in Teutsch-Land pag. 44. seqq.

§. VIII.

Hæc de VASALLAGIO sufficiant Non enim omnem de hac materia doctrinam

F

ex-

exhaurire animus fuit. Pergo ad alterum dissertationis caput, pauca de SUBJECTIIONIS in TERRITORIIS S. R. I. natura dicturus. In multis otium mihi fecit doctissimus HERTIUS *in dissertatione de territoriali Subjectione*, cujus vestigiis inherere licebit. Opponi solet Subjectio Vasallagio; sed ostensum, quod in Germania frequentissime in uno subjecto concurrant, & quod nonnunquam ex Vasallagio Subjectiionis oriatur praesumptio. Haec jam mitto. Ante omnia danda erit subjectiionis DEFINITIO generaliter. SUBJECTIO *est obligatio ex Dominio Superioris orta, qua inferior ad fidelitatem & obsequium tenetur.* SUPERIOR proximus, in provinciis particularibus S. R. I. est DOMINUS TERRITORIALIS, cui SUPERIORITAS TERRITORIALIS competit. Remotior cum IMPERATORE & IMPERIO est nexus.

nexus. Hinc Subjectio illa MEDIATA in Scholis appellari solet, estque *Obligatio illa, qua Dominio territorialis domini subiecti tenentur, ut fidem & obsequium illi exhibeant.*

Mediatam, quid hoc loco dicatur forte ex ipsa definitione patet. Differentias inter Subjectionem immediatam & mediatam singulari dissertatione examinavit RHETIUS in dissert. de Statu Germania circa subditos; ea quidem in ipsis Imperii legibus fundata est. Bona Ecclesiastica in INSTRUM. PAC. WESTPH. Art. V. §. 24. in mediata & immediata dividuntur. CAP. invictissimi Caesaris hodie imperantis ART. XV. luculenter Subditos appellat Mittelbahre Reichs, Untertanen und der Stände Landes, Untertanen. Designata igitur utraque obligatio erga Imperium & erga Dominum territorialem hoc loco invenitur. Eleganter hæc Subditorum territorialium duplex qualitas expressa est. Id enim formæ atque constitutioni Imperii nostri convenit, ut omnis quoq; Subjectio ad integrum corpus respectum aliquem habeat, quo cessante laudata illa Reipublicæ unitas corrueret. HUGO de statu regionum Germania Cap. II. §. 8. Conferatur doctissima dissertatio Per-III. DN. LINCKERI de immediatate civium Imperii Romano-Germanici.

§. IX.

Diversos tamen Subjectionis gradus inter Imperii & Statuum Subditos esse, docuit praxis & Imperii usus. In latissi-

mo enim sensu, quem nobis JUS PUBLICUM UNIVERSALE de Subdito præbet, eam conditionem omnes illi induunt, I.) qui alterius leges venerari jubentur. (a) II. alterumq; actionum suarum judicem agnoscere coguntur. Sed plures dantur Subjectionis in Statuum Imperii territorii affectiones, quæ pro diversitate civitatis variare solent. Hinc Subjectionis variæ inveniuntur divisiones. Etenim Subjectio *vel plena, vel minus plena.* (b) Posterior variis casibus & circumstantiis est limitata; prior nullos terminos atque condiciones novit. Porro dividitur *in mediatam & immediatam,* (c) quarum prior interveniente patrimoniali jurisdictione constituitur. Tertio, Subjectio *alia est temporaria, alia perpetua.* (d) Addi quarto poterit divisio in Subjectionem *personalem & realem,* (e) quarum
prior

prior ipsam Subditi personam afficit, altera ex bonorum & prædiorum possessione oritur. Nec negligenda est divisio *in liberio rem & adstrictio rem* (f) Subjectio nem; cui, si placet, jungi poterit, in *propriam & impropriam* (g) Subjectio nem divisio.

(a) Subjectio nis primaria qualitas est obsequium: Illud omni tempore præsupponit legem, nam consistit in *parendo*; id autem sine legislatore ac lege fieri nequit. Altera ex *Subjectio ne* oriunda obligatio circa judicia versatur, quæ subditus agnoscere tenetur. Subdito enim, plene liber & omni nexu solutus opponitur homo, qui cum nullum agnoscat superiorem, nullum quoque veretur judicem. Hinc firma est conclusio, eum esse Subditum, qui superioris leges & judicium venerari obligatur. v. LYNCK. *Diss. de religio ne obsequii.*

(b) Nam & Dominium quoque est *vel plenum vel minus plenum*. Aliquando Subjectus particula quadam Domini gaudet, vel excepti sunt varii casus aut negotia quæ ordinarii Domini potestate sunt exempta. Huc spectant Clericorum privilegia fori, quibus in Imperio Judices Ecclesiasticos sapius abuti docet CAP. CAR. VI. Art. XIV. *Ordnung des Regiments A. 1500.* tit. daß die Geistlichen allwegen x. R. J. a. 1544. S. und nehmlich sollen x. R. J. d. a. 1500. Tit. 29. d. a. 1548. S. setzen sollen und wollen wir unsern vorigen Erbietern nach §. 39. de. a. 1551. §. 33. Nachdem Wir auch im jüngsten Reichs Abschied x.

F 3

(c)

(c) Ut enim in multis casibus provinciæ particulares Imperii nostri typum exhibent majoris reipublicæ: Ita etiam distinctio in Subditos *mediatos & immediatos* translata fuit ad germanicas provincias. Injecit divisionis hujus mentionem HERT. in *dissert. de subj. territor.* §. 5. quem etiam recentiores Doctores secuti sunt. **MEDIATA SUBJECTIO** dicitur, quando Subditus jurisdictioni patrimoniali des *Gerichts* Herrn subicitur. In quibusdam provinciis appellantur *Unter*, sive *Hintersassen* / in Franconia *Leut* oder *Leutbahre Unterthanen*. In Saxonia divisio in *Schriiftsassen* & *Amtsassen* nota est v. LEYSERI *dissert. de Schriiftsassen & Amtsassen* apud FRITSCH *Exercit. juris publ. part. 3.* Cæterum in ipsa capitulatione JOSEPHI *Art. III.* legimus, mentionem fieri Subditorum territorialium *mediatorum & immediatorum* *seine Landsassen Ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen* / quæ verba, quantum mihi ex actis electionis, quæ videre licuit, constat haut in eo sensu accipienda sunt, quem jam exposuimus, cum potius in sensu prorsus singulari, *immediati Subditi* hoc loco dicantur, qui præter Subjectionem, qua Imperio immediate juncti sunt, in speciali nexu cum quodam Dominio territoriali versantur, quod non rarum est in Germaniæ provinciis, ut immediati Imperii cives alteri statui singulari Vasallagii & Subjecti-
onis nexu dediti queant esse: De qua questione vexatissima legenda sunt, quæ III. EYBEN. in *Elect. jur. publ. cap. XI. §. 14.* solide egit. Hinc mentem paciscentium mihi non videtur assecutus doctissimus alias HERTIUS, in *dissert. de Subj. territor.* §. 5. qui citata Capitulationis verba, in *mediatos & immediatos* statum subditos applicare voluit. Illa enim clausula ex monito Legati Saxonici inserta est, & ni fallimur, ad immediatos respicit, qui Subjectionis nexu Domino territori-

tori-

toriali devincti. Ab Hertii opinione non est alienus MULDENERUS in *Meditation. ad Capitulat. Josephi* p. 78. sub. v. *Landtsassen*.

- (d) Temporalis Subjectio ad transeuntes respicit. Nec illi territorialis Subjectio jurisdictionem effugere possunt, cum civitatis & provinciae capiti non possint non esse subjecti ex natura Domini & superioritatis territorialis. Ad Principes ipsos in alieno territorio versantes applicatum monet BETSIUS de *patr. famil. illustr. c. 8. p. 447.* de contrario usu testatur ANDLERUS ad *tit. de jurisdic. P. I. n. 24.*
- (e) *Personalis Subjectio* ipsam Subditi personam attingit; *realis* ex praedio & re immobili oritur ac in personam derivatur. Id quoque superius demonstratum fuit, Subjectio- nem ex ipso territorio originem trahere, quod ita comparatum, ut nemo quidquam in illa regione possidere queat, nisi sub lege Subjectio- nis. De BAVARIA testatur BESOLD. in *th. pract. lit. H. n. 70.* HERT. *loc. cit. p. 373.* Non male allegatur INSTRUM. PAC. OSNABRUG. *art. 5. §. 28.* ubi de nobilibus immediatis fermo est, quorum nonnulli *ratione bonorum & respectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiuntur subjecti.*
- (f) In quibusdam provinciis Subditi in consiliorum & administrationis publicae partes vocantur; in nonnullis habent multa privilegia & jura, imo de illis participant, quae vulgo inter regalia referri solent. v. HUGONEM de *Statu rei German. cap. IV. p. 126.* ZIEGLER. ad *Auream praerogativam Calvoli §. Nobiles.* Admodum hic variant provinciarum in Imperio jura, quae nullas admittunt certas regulas, ut etiam impossibile videatur lege publica aliquid definire, quae plerumque in his capitibus intra generalia subsistit: quod olim in consultatione de capitulatione Josephina eleganter expressit Minister Palatinus. Cum enim ageretur de Statuum superioritate territoriali conservanda, Palatinus mentem suam eo ex-

posuit: *Questionem moveri, cujus multum Dominis territorialibus interst; interim formulam, qua ejus intuitu capitulationi inferenda foret, generaliter ad normam Instrumenti Pacis, Aurea Bulla, aliarumque, Imperii Constitutionum esse concipiendam, minime autem speciale quid monendum, non satis constare, quam in Imperio & particularibus provinciis vigeant jura & consuetudines: Hinc facile evenire posse, ut huic vel alteri Statui injuria inferatur. Conferatur DN. BRENNISEN. Ost. Friesische Historie und Landes-Verfassung HERT. l. cit. §. 19. p. 392. & prolixum Responsum Juris apud BESOLDUM P. V. p. 138.*

(g) *Improprie Subditi appellantur, qui ex capite jurisdictionis patrimonialis alios sibi subjectos habent e.g. homines proprios, Leibeigene Leuthe / Unterthanen / quorum esse propriam Subjectionem statuere haud possumus, cum illa solum ex supremo Dominio originem trahat. Si vel maxime magna & singularia in illos habeant Domini jura, omnis tamen illorum potestas a superiori dependet. Sunt etiam alii significatus improprie Subjectionis, quos enarrat HEIDERUS in der gründl. Ausführung der Reichs-Stadt Lindau p. 325.*

§. X.

Subjectio facit Subditos, qui & conditione & dignitate à se invicem differunt, quas autem differentias adducere, meum non fert institutum. Silentio tamen præterire nequeo, Subditos non male dividi in VASALLOS, OFFICIALES,

&

& SUBDITOS (a) strictè sic appellatos; alios esse *eminentioris*, (b) alios *inferioris* conditionis, quosdam ad *Clerum*, reliquos ad *Laicorum* jura pertinere; nec negligenda est illa Subditorum consideratio, qua alii *personam quasi publicam* (c) gerunt, alii *privatorum* conditione jubentur esse contenti. Cæterum eas differentias enumerare, quæ in jure privato inter Subditos non tam ex legibus romanis, quam patriis consuetudinibus (d) derivari possunt, hujus loci haud esse videtur, meque nimium extendere disertationis terminos juberet.

(a) Illa divisio ex anterioribus clara est. Mihi hoc loco *VASALLUS* est subditus, qui pradia & bona immobilia titulo feudali possidet, & domini territorialis jurisdictioni est subjectus. Etenim non modo Subditus, sed etiam Vasallus, quamvis Subditi qualitas Vasalli conditionem absorbeat. Ast cum prædium feudale possideat, ad consueta feudalia servitia obligatur, & ex jure feudali actiones ejus sæpius æstimantur, imo feloniam, crimen feudis modo proprium, committere perhibetur. *SUBDITUS* intuitu solius personæ ad Subjectionem tenetur. *OFFICIA-*

G

LES

LES illi mihi dicuntur, qui munus aliquod apud Dominum territorialem, vel ejus autoritate in civitate gerunt, & juramentum Fidelitatis, die Ambts-Pflicht ratione officii præstare tenentur.

- (b) Nam diversa in civitate viventium solet esse conditio ac status. *Dignitas* quidem vel ex munere & autoritate, quam quis in civitate gerit, oritur, vel ex acquireto quodam & plerumque ab Imperatore, tanquam summo honorum & dignitatum fonte in Imperio, nobilitatis gradu derivanda esse videtur. Sed cum nunquam in primis recentioribus temporibus præjudicium enasceretur Dominis territorialibus ex pruritu mediatorum Subditorum, titulos suos augendi novosque acquirendi obicem huic abusu objicere tentarunt Electores in Capitulationibus Casareis. v. LEOPOLD. ART. XV. JOSEPH. Art. XLIII. CAROLINAM. XXII. quæ omnium plenissime mentem Autorum Capitulationis exponit. Keinen derselben / wer der auch seye / zum Præjudiz oder Schmälerung einiges alten Hauses oder Geschlechts / desselben Dignität / Stands / und üblichen Tituls / mit neuen Prædicaten / höhern Titeln / oder Wapen Brieffen begaben. (Paulo clarius rationem hujus constitutionis exprimit JOSEPHINA : Damit nicht hierinnen die geringeren Stände mit den höhern parificiret werden.) So soll auch daß ein oder andern unter Churfürsten / Fürsten und Ständen des Reichs gesehenen und begüterten / dergleichen höhere Standes / Erhöhung dem juri territoriali nicht nachtheilig seyn / und wie ihme zugehörige und in solchen Landen gelegene Güther / eimen als den andern Weg / unter voriger Landes Fürstlicher Jurisdiction verbleiben ; wie dann / wo ein oder anderer Stand erweislich darthun würdel daß er gegen solches bißdaher graviret / und an seinen Berechtigungen durch neue Standes Erhöhungen beeinträchtigt worden / derselbe mit seinen habenden Beschwerden genüchlich gehöret / und daß unbillig vorgegangene geändert und abgestellt werden solle. De

- De posterioris clausulæ occasione & principio videatur
 AUTOR SPICILEGII *Observationum ad Capitulationem CAROLI VI.* p. 278. conf. RHETII *diff. de dignitatibus in S. R. I.*
- (c) Subditos dico aliquando agere *personam publicam*. In illis enim provinciis, in quibus aliqua Statuum provincialium superest autoritas, non malè illi publicam gerere personam dicuntur, qui aliorum nomine conventibus & consiliis publicis interesse debent, quo certe a reliquo Subditorum grege separantur. v. HERTII *differt. de consult. , legibus, & judiciis specialibus, Romano-Germanici Imperii Tom. I. Opusculos. Parte II. p. 406.*
- (d) Fallunt se & falluntur, qui in *personarum juribus* in Germaniæ nostræ provinciis ex folis legibus romanis sapere volunt. Certissimum ac evidentissimum est, in territoriis Imperii diversas hominum occurrere conditiones atque qualitates, quas jura romana non potuerunt non ignorare. Qui specimen desiderat, adeat ANTON. MATTHÆI *tract. de Nobilitate*, nec non BEYERI *Juris Germanici positiones Lib. I.*

§. XI.

Illa tamen territorialis Subjectio respectum aliquem ad commune Imperii nostri vinculum habere debet. Hinc in legibus Imperii, imprimis CAPITULATIONE CAROLI VI. Imperator suæ protectioni Statuum quoque Subditos sibi commendatos fore, pollicetur; quæ

G 2

tamen

tamen protectio (a) omni modo ita est intelligenda, ne ullum superioritati territoriali inferatur præjudicium, de quo satis cautum fuit in *citata Capitulatione artic. XV.* & in INSTRUM. PACIS *art. VIII. §. 3.* ad quæ loca brevitatis causa me remitto.

- (a) Generalis promissio est & pari fit ratione, qua Imperator bonum Imperii ejusque emolumentum promovere promittit. Dare quoque solet Imperator specialia protectionis privilegia privatis etiam personis, daß sie ihre Kinder und Güter in der Kayserl. Majest. &c. und des Heil. Reichs Schutz und Schirm seyn sollen: Quo tamen nihil derogatur territoriali potestati. v. JOH. BURCH. ROESLERI *Tractatus juris publici de protectionis Casareis.*
- (b) Infinitis pene locis jura Statuum territorialia confirmantur. v. CAPITUL. FERD. IV. *art. XV. & XVI.* LEOP. *art. XIV.* JOSEPHI *art. III.* CAROLI VI. *Art. XV. conf. Kammergerichts-Ordnung zu Worms a. 1495. Reichs-Abschied zu Trier und Cölln 1512. §. 15. Rec. Imp. 1544. §. 83. R. J. 1555. §. 45. Kammergerichts-Ordnung P. 2. tit. 14. & 15. Landfriedt 1548. Tab. R. J. de 1594. §. 78. R. J. 1653. §. 113.*

§. XII.

Subjectionis fundamentum absque dubio est, vel domicilium, vel bonorum
in


in territorio fitorum possessio: Constituitur nativitate, electione domicilii, acquisitione rerum immobilium, spontanea submissione, & similibus: Confirmatur more antiquo, FIDELITATIS JURAMENTO, quo & Vasallorum & Subditorum conditionem jurantes in se recipiunt: Estque illud juramentum externum aliquod Subjectionis signum, ejusque firmam præbet præsumptionem. Cæterum dantur quoque alii nexi, qui inæqualitatem aliquam constituunt, non tamen semper Subjectionem involvunt, quo in Imperio nostro referuntur illi Status, qui *protectionis* (a) jura in alios habent. Tandem quoque illud observandum, quod & citra Vasallagium ac (b) Homagium obligatio quædam ad fidelitatem & Subjectionem adesse queat.

- (a) Hinc juramenta protectionis præstantur; daß sie ihren Voigt Herren mit der Voigtsteuer und zu andern seinen Rechten / wie von Alters herkommen / treu und gewärtig seyn / Schaden warnen und Frommen werden wollen. Hos advocatitios homines a Subditis re & nomine distinguit MAGER. *de Advocat. cap. 10. n. 407.* GAIL. I. Obs. 54. n. 1. feqq. conf. Beständige und wohlgegründete Wiederlegung eines über die bey dem Reichs-Städten von Alters herkommene Reichs-Voigteten &c.
- (b) Subjectionem enim citra juramentum adesse posse, constat. Hinc libertes & plena exemptio nondum factis probata, si vel maxime doceatur nullum Fidelitatis aut Subjectionis juramentum præstari. Hanc cautelam non omnes illi ut debebant, observarunt, qui de juribus Imperatoris & Imperii in Italia Vasallos scripserunt: Nam cum apud plures externa illa Subjectionis signa Vasallagium, Homagium, familiaque, olim jam in desuetudinem abierint, plena libertatis præsumptio minime ex illo neglectu nascitur. v. LEIBNITIANA MISCELLANEA p. 67. quo gravem errorem illorum taxat, qui illa bona pro liberis habent, in quibus non apparet feudalis nexus. Ita enim vir doctissimus sentit: *Car c' est un abus de s' imaginer, que ce qui n'est pas feudal, est indépendant de l' Empire.*

§. XIII.

Ast hic filum dissertationis abrumpo
& intra brevem dicendorum delineationem jam subsisto. Tam gravis ac dives est materia hæcenus tractata,
ut

ut intra statutos terminos haud contineri potuerit, & magis de coarctando quam augendo scribendi argumento sollicitus esse, coactus fuerim. Omisita tamen, uti in limite hujus dissertationis jam commemoravi, alio tempore fusius exponere constitui. Si vero in difficili hac doctrina me lapsum esse aliquis animadverterit, ut benevolè excuset atque certiora suppeditet, rogo.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical script.

Fragment of text from the adjacent page, showing a decorative initial and some characters.



Von Gottes Gnaden/
Friedrich Wilhelm/
König in Preussen, Marg. Graff
zu Brandenburg, des heil. Röm.
Reichs Erß = Cämmerer und
Chur-Fürst ꝛ. ꝛ.

Unsere gnädigen Gruss zuvor,
Hochgelahrte und Liebe Getreue.
Weilen Ihr in Eurem allerunter-
thänigsten Memoriali dem Sächsischen
von Adel, Cajus Rudolph von Spor,
so das Doctorat ambiret, ein sehr gutes
Zeugnis beyleget, und ihn sothanen Gra-
dus vor vielen andern würdig haltet;

So werdet Ihr, der ieszige Decanus
bey Unserer Juristen = Facultät, und
Professor Codicis Ordinarius, Ju-
ris

XX

ris

ris Utriusque Doctor, Bernhardus
Heinrich Reinold, Krafft dieses
authorisiret und befehliget, Ermeldten
den von Spor, nach gehörig gehaltenen
publicquen Disputation, zum Docto-
re Juris Utriusque zu creiren, und
demselben alle sothaner Würde anfleben-
den Jura, Ehre, Prærogative, und Pri-
vilegia beyzulegen. Daran geschicht
Unser allergnädigster Wille, und wir
sind Euch mit Gnaden gewogen. Geben
Berlin, den 13. Septembris, 1723.

S. Wilhelm.

An die Juristen-Facultät zu Franckfurth
an der Oder, daß der Sächsische von
Abel, einer von Spor, welchen die Juri-
sten Facultät wegen seiner Gelahrtsam-
keit vor vielen anderen rühmet, zum
Doctor Juris gemachet werden solle.

M. L. von Pring.





Frankfurt a. O., Diss., 7720-24

ULB Halle
004 549 52X

3



f

sb.





xxxiii, 7a
424
13/

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIS PUBLICI ET FEUDALIS.

DE
NATURA VASALLAGII
&
SUBJECTIONIS
in
TERRITORIIS S.R. IMPERII.

Quam
PERMISSU MAGNIFICI ORDINIS JURIDICI,
PRO JURIBUS DOCTORALIBUS ASSEQUENDIS,

in
ACADEMIA VIADRINA,
D, XVII. Septembr. Ann. clō 10cc xxiii,

Horis Ante - & Pomeridianis,
IN AUDITORIO JCTORUM
Examini Eruditorum subjicit

CAJUS RUDOLPHUS de SPOR,
Eques Lufatus.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,
eris JOHANNIS CHRISTOPHORI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

